Nobilis Theodorus Jaworski Szczyrakowie sanus mente et corpore existens a
Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus
recedendo Praesenti Tero Iurisdictioni Castrensi Capitaneali Premysliensi per edictum
hunc actum se cum successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus totaliter et plena
rie incorporando atque subijciendo palam libere publice et personaliter recognovit.
Quia ipse Nobili Catharinae Zitynska olim Nobilis Janussij Zitynski ac 117
Nobili Theodorae Jaworska Provisatae filiae Consorti suae Ittmae eiusque poste 113
ris summam Quingentorum Florenorum pecuniae pollitae Ratione verae dotis et
expeditionis post ipsam acceptae et in domum suam importatae. Necnon aliam
similem summam Quingentorum Floren. pecun. pollitae ratione (...) veri et legi
ti dotalitij in et super tota et integra medietate bonorum suorum quorumvis omnium
bonorum et obligationum Mobilium et Immobilium summarumque quarumvis
pecun. nec non Auro argento clenodijs Stanno Cupro Aere orichalco vestibus vestimen
tis pecoribus pecudibus Equitia totaque supellectili domestica in quacunque forma
et materia existenti dedit dotavit dotalitavit Inscripsit et Reformavit prout
praesentibus dat dotat dotalitat Inscribit et Reformat. Per ipsam Nobilem Ca
therinam Jaworska Coniugem suam Ittmam eiusque posteros suprascriptorum bono
rum quorumvis omnium medietatem cum universis utilitatibus et usufructibus attinentijsque
et pertinentijs generaliter universis tenendi habendi et possidendi illisque pacifice
et quiete utifruendi ac ad sui et suorum successionem quorumvis beneplacitum usus
fructus libere et effectualiter convertendi vigore ac more aliarum Reformati
onum harumque et similium in Regno Poloniae observari solitarum. Hac sua
praesenti personali Recognitione ceu premissa omnia mediante.

Bolestraszyckie Coniuges Dubrawskiemu Roborant

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Premy
sliensibus Generosi Petrus de Oszczyce Swatopelk Bolestraszycki Possessor
Terrae Premysliensis et Anna de (...) Coniuges Ittmi Mentibus quidem sani pariter et

Conrus

1786

recessu supra scripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Iurisparere Respondere Vadium praetactum luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne Iudicatum pati debebunt et tenebuntur seq. ac suos successores ad eadem omnia Inscribunt et obligant. Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera Infirmitate pro Maiori Minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio Militari ad Munimenta ad Eiectorem vel alijs quibuscunque Dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad Quietationem ultra proximos Terminos Officij praefati Castrensis Premysliensis Dilationem sibi non recipiendo Nullasque Motiones Appellationes sanemque prosequutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis Excommunicationibus suspensionibus vel alijs Iuris praescriptione terrestri bello Conventionesque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec quovis modo evadendo. Ita suis praesentibus personalibus Recognitionibus ad praemissa omnia mediantibus.

1787

~~114~~

~~115~~

Grembarski Nowosieleckiey Tenetur.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premysliensibus Generosus Joannes Grembarski sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibuscunque proprijs et competentibus recedendo. Praesenti vero Iurisdictioni Castrensi Capitaneatus Premysliensi quoad Actum hunc alt. net. se eum successoribus ac bonis suis quibus omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosus Annae Zlobianka Generosi olim Nicolai Nowosielecki Consorti relictae viduae eiusque posteris summam Duorum Millium Florenorum pecuniae polonicae certi veri iusti et liquidi debiti mutuatique per se Recognoscens apud ipsos pecuniae quemlibet Florenorum grossis triginta polonicis computando tenetur atque debet. Quam quidem summam supra scriptam Duorum Millium Florenorum polonicorum idem Recognoscens Generosus Grembarski se et suos successores in et super bonis suis

generaliter